

nos quoque a morte et corruptione liberaret ¹³. Dei itaque est passio, Dei resurrectio, Dei assumptio, Dei denique illa nobiscum per omnia similitudo, peccato excepto ¹⁴: neque imaginaria, sed vere omnia in eo fuerunt. Ipsi simul cum Patre et Spiritu sancto sit gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

¹³ Rom. viii, 21. ¹⁴ Hebr. iv, 15.

Α Θεοῦ τοίνυν τὸ πάθος, Θεοῦ καὶ ἡ ἀνάστασις, Θεοῦ καὶ ἡ ἀνάληψις, Θεοῦ καὶ ἡ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσις, χωρὶς ἀραρυτίας. Οὐ δοκῇσει, ἀλλὰ ἀληθεῖα τὰ πάντα γέγονεν ἐν αὐτῷ. Αὐτῷ ἡ δόξα, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ.

SANCTI CYRILLI

DE INCARNATIONE DOMINI *.

Mai, Biblioth. nova Patrum, II, 51.

805 ^m I. Quod utilis sit audientibus divinæ incarnationis commemoratio.

Satis, ut puto, de sancta Trinitate tanquam in orthodoxorum concione et evangelicis dogmatibus credentium disseruimus. Non enim contradicere in præsentī irreligiosis, sed apostolorum discipulis fidem exponere propositum nobis fuit. Quia vero et divinorum beneficiorum magnitudo magnopere solet succendere Deo addictorum affectum eosque fervidiores efficere Dei amatores, ideo necessario hunc quoque aggredior libellum, ut præterito sermoni de Deo connectam incarnationis mysterium demonstreremque qualia et quanta Creator generi nostro beneficia contulerit. Nunquam enim cessarunt divinorum donorum fontes quominus bona hominibus effunderent.

II. Narratio eorum quæ Deus ad hominum jam inde ab initio utilitatem contulit.

Ex quo hunc optime temperatum mundum creavit Deus, variis simul beneficiis naturam nostram cumulat. Et primo quidem eam quæ non erat fecit, et formatam honoravit, pulveremque in hominis naturam prout voluit convertit; et deformi luto pulchritudinem simul animamque **806** ^m largitus est, oculorum claritatem, vultus hilaritatem, genarum lævitatem, linguæ flexibilitatem, sanguinis rivulos ad omnia corporis discurrentes membra, et congruam carni nervis atque cuti rigationem ministrantes, ossium duritiem, et inclusarum his me-

B A'. Ὅτι ὠφέλιμον τοῖς ἀκούουσιν ἡ τῆς θείας οἰκονομίας ἀνάμνησις.

Ὁ μὲν περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ὡς ἐν εὐσεβῶν συλλόγῳ, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς δόγμασιν πειθομένων, ἀποχρώντως ἡμῖν, ὡς οἶμαι, λόγος διήνυσται. Οὐ γὰρ ἀντειπεῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος τοῖς ἀσεβέσιν, ἀλλὰ τοῖς φοιτηταῖς τῶν ἀποστόλων ἐκθέσθαι πίστιν προϋθέμεθα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν θείων εὐεργεσιῶν τὸ μέγεθος ὑφάπτειν οἶδε μειζόνως τῶν φιλοθέων τὸν πόθον, καὶ θερμότερους αὐτοὺς καθίστησιν ἐραστὰς τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαίως καὶ ἐπὶ τοῦτον βαδιοῦμαι τὴν λόγον, τῇ θεολογίᾳ τὴν οἰκονομίαν συνάπτων, καὶ δεικνὺς ἡλίκα καὶ ὅσα ὁ Ποιητὴς τὸ ἡμέτερον εὐηργέτησε γένος. Οὐ γὰρ ἐπαύσαντο πώποτε τῶν θείων δωρεῶν αἱ πηγαὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἀγαθὰ C ἀναβλύζουσαι.

B'. Διήγησις τῶν ὑπὸ Θεοῦ γεγενημένων εἰς τὴν ἀνθρώπου εὐεργεσιῶν ἐξ ἀρχῆς.

Ἄλλ' ἀφ' οὗπερ τόνδε τὸν παναρμόνιον κόσμον ἐδημιούργησεν, ταῖς ποικίλαις εὐεργεσίαις τὴν ἡμετέραν ἐπικλύζει φύσιν ὁ Ποιητὴς. Καὶ πρῶτον μὲν μὴ ὄντα πεποίηκε καὶ διαπλάττων ἐτίμησεν, καὶ τὸν χοῦν εἰς ἀνθρώπου φύσιν μετέβαλεν ὡς ἠθέλησε, καὶ τῷ δυσειδεῖ πηλῷ κάλλος καὶ ψυχὴν ἐδωρήσατο, ὀφθαλμῶν λαμπρότητα, καὶ γαλήνης καθαρότητα, καὶ παρειῶν λειότητα, καὶ γλώττης ἀπαλότητα, καὶ αἵματος ὀχετοὺς εἰς ἅπαντα τοῦ σώματος διαθέοντας μέλη, καὶ ἀρδεῖαν ἀποχρῶσαν σαρκὶ καὶ νεύροις χορηγοῦντας καὶ δέρματι, ὁστῶν ἀντιτυπίαν, καὶ

* Sequentia cuncta capitula opus constituunt prorsus diversum ab illis jamdiu editis S. Cyrilli Scholiis de incarnatione Domini.

τῶν ἐν τούτοις ἀποκειμένων μυελῶν τὸ χρεῖωδες, καὶ τὰλλα ὅσα τοῦ ἀνθρωπίνου ζώου τὸ ὀρώμενον ἔχει. Καὶ πρὸς τούτοις, νοῦν ἔδωκεν ἡγεμόνα καὶ κυβερνήτην, σοφίας πληρώσας, τέχνης ἀπάσης καὶ ἐπιστήμης ἐμπλήσας, καὶ λογικὸν ἀπέφηνε τὸ πῆλινον ἄγαλμα, καὶ οἰκείαν εἰκόνα πεποίηκε τὸν χοῖκόν ἀνδριάντα, τὸ ἀρχικὸν καὶ αὐτοκρατορικὸν καὶ δημιουργικὸν τῇ νοερᾷ ψυχῇ καὶ ἀθανάτῳ δωρητάμενος. Εἷτα βασιλέα κτηνῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἐρπετῶν, νηκτῶν, καὶ ἀμφιβίων, καὶ τῶν ἀεροπόρων ὀρνίθων ἐχειροτόνησε. Πρὸ δὲ τούτων ὥσπερ τινὸς παστᾶδα χαριστάτην ἄνωθεν ἐξέτεινεν οὐρανόν, λειμῶνας ἀστέρων ἐγκαταπήξας, χρεῖαν τε ὁμοῦ καὶ τέρψιν παρέχοντας· ἥλιόν τε ἀνίσχειν κελεύσας, καὶ δύεσθαι, καὶ ποιεῖν ἡμέρας καὶ νύκτας, καὶ τῷ δρόμῳ τὸν χρόνον μετρεῖν· σελήνην φθίνειν καὶ πληθεῖν, καὶ ταῖς πυκναῖς μεταβολαῖς ἡδεῖν τε ὁμοῦ καὶ σημαίνειν κύκλον τὸν ἐνιαύσιον· γῆν δὲ κάτωθεν ὑπεστόρεσε, καὶ ποικίλον αὐτῇ κόσμον δέδωκεν, εἰς ἄλσιν καὶ λίξα καὶ λειμῶνας διακρίνας· ὄρη κειρώσας εἰς ὕψος, καὶ νάπας κοιλάνας, καὶ πεδία ὑπτια καὶ ἰσόπεδα δείξας, καὶ πηγὰς ἀναθλύζειν ἐν μέσῳ κελεύσας, καὶ ποταμούς τρέχειν ἄπαυστα, καὶ τὰλλα ὅσα γῆν καλλωπίζει καὶ θάλατταν.

Γ'. Διὰ τί τὸν ἄνθρωπον προσηγόρευσε Ἀδάμ.

Οὕτω δημιουργήσας τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ τῇ εἰκόνι τιμήσας καὶ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν ἀποκλύσας, τίθησιν αὐτῷ τὸ τῆς φύσεως ὄνομα· Ἀδάμ γάρ αὐτὸν προσηγόρευσε· τοῦτο δὲ τὸν χοῦν δηλοῖ τῇ Ἑβραίων φωνῇ. Μία δὲ καὶ αὕτη περὶ τὸν ἄνθρωπον κηδεμονία. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τοσούτοις ἀγαθοῖς ἐντυφῆσαι, καὶ τοσούτων ἄρχων ἀνηγορεύθη καὶ βασιλεὺς, ἵνα μὴ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν ὑπερμαζήσας, καὶ τῷ ὕψει τῆς ἡγεμονίας ἐπαρθεὶς κατασκιρτήσῃ τοῦ κτίσαντος, καὶ μεγίστην ἐκ τῆς τυραννίδος ἀπενέγκηται βλάβην, κατὰ τὸν πρῶτον ἀποστάτην ἐκείνον τὸν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα δι' ἀλαζονείαν, ἀναγκαίως ὁ σοφὸς τῶν ὧλων πρύτανις κωλύων αὐτοῦ τὸν ὄγκον τοῦ φρονήματος, Ἀδάμ προσηγόρευσε, ἵνα ἐκ τῆς προσηγορίας ἐνωτῶν τὴν συγγένειαν, καὶ τὰς ἀφορμὰς τῆς φύσεως λογιζόμενος, καὶ τὸν πρόγονον χοῦν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν θεώμενος, ἑαυτὸν μὲν γνωρίζῃ, προσκυνῇ δὲ τὸν τοσαύτην εὐπρέπειαν αὐτῷ καὶ μεγαλοπρέπειαν δωρητάμενον· αὕτη πρώτη περὶ τὸν ἄνθρωπον ἐδείχθη τοῦ Ποιητοῦ μετὰ τὴν δημιουργίαν πρόνοια· οὕτως ἐξ ἀρχῆς οἶα τις πατήρ καὶ ἰατρός καὶ διδάσκαλος, κοσμῶν ὁμοῦ καὶ ἰατρούων καὶ διδάσκων αὐτὸν τὴν ἀρετὴν, διετέλεσεν.

Δ'. Διὰ τί τὴν γυναῖκα ἐκ τῆς πλευρᾶς ἐδημιούργησε.

Οὕτως αὐτὸν διαπλάσας, οὕτως προσαγορεύσας, βοηθὸν αὐτῷ καὶ συνεργὸν καὶ τοῦ βίου κοινωνὸν παραχρῆμα ἐδημιούργησεν· οὐκ ἐκ μόνης δὲ τῆς γῆς, ὡς ἐπ' ἐκείνου, λαμβάνει τὰς ἀφορμὰς τῆς

A dollarum utilitatem, et quotquot alia in humano animali videre est. Et præter hæc, mentem dedit ducem et gubernatricem, sapientia imbutam, artis omnis scientiæque capacem; et rationalem exhibuit luteam statuam, atque ad imaginem suam conformavit pulvereum simulacrum, imperativam vim, liberum arbitrium, et quidvis fabricandi potentiam intellectuali immortalique animæ concedens. Deinde hominem belluarum, et quadrupedum, ac reptilium, aquatiliū, et amphibiorum, et volatiliū avium regem constituit. Ante hæc autem, quoddam veluti jucundissimum cubiculum desuper extendit cælum, siderum amœnitates inserens, quæ usum simul delectationemque præbent: solem oriri jubens et occumbere, diesque et noctes efficere, cursumque suo tempora metiri; lunam minui et augeri, suisque frequentibus revolutionibus delectare pariter, et annuum circulum significare. Jam tellurem hic inferius substravit, eique varium ornatum dedit, silvis, arvis, pratisque distinguens, montes in sublimitates curvans, valles excavans, campos supinos æquabilesque ostendens, fontesque de mediotullio scaturire jubens, et flumina perenniter discurrere, atque alia omnia quotquot terram mareque exornant.

III. Cur hominem appellaverit Adamum.

Cum sic primum hominem condidisset, et imaginis suæ honore auxisset, donorumque copia obruisset, nomen ei naturæ ipsius proprium imposuit; etenim Adamum nuncupavit, quod vocabulum in Hebræorum lingua pulverem significat. Atque hæc etiam erga hominem providentia **807** fuit. Nam quia tantis bonis fruiturus erat, totque creaturarum princeps constitutus erat et rex, ne donorum multitudine lasciviens et principatus excelsitate elatus adversus Creatorem petulans fieret, maximumque ex hac veluti tyrannide detrimentum caperet, more illius primi apostatæ, qui tanquam fulgur superbiæ suæ causa cælo excidit¹, necessario sapiens rerum omnium curator, tumorem ipsius mentis comprimens, Adamum appellavit, ut ex nomine conditionem suam reputans, et naturæ primordia considerans, parentemque suum pulverem præ oculis habens, se ipsum quidem cognosceret, adoraret autem illum, qui tantum ei decorem ac speciositatem donavit. Prima hæc erga hominem Factoris post creationem providentia exstitit. Ita is jam inde ab initio, ceu pater quidam et medicus et magister, ornans simul et sanans virtutemque docens, se gessit.

IV. Cur mulierem ex viri latere formaverit.

Postquam eum ita formaverat atque appellaverat, auxiliarem eidem et cooperatricem vitæque sodalem illico fabricavit. Haud tamen ex sola terra, sicut in ipso fecerat, materiam plasmatis sum-

¹ Isa. xiv, 12.

psit; sed unam ex viri costis capiens, atque hac ceu basi et fundamento utens, femineam naturam composuit: haud sane materiae penuria, sola enim ei voluntas ad cujusvis rei creationem sufficiebat, sed quia concordiae vinculum naturae indere voluit. Hortum quoque consevit, eumque plantis omnigenis exornavit, idque habitaculum homini concessit, praebens illi virtutis exercitium, haud laboriosum neque multi sudoris praeceptum imponens, sed modesto certe perfacile.

V. Cur ei legem constituerit.

Nam cum omnibus horti plantis vesci eum jussisset, unius gustum vetuit; neque id ipsum temere fecit, sed ut homo **808m.** auctorem suum agnosceret, atque instar jugi cujusdam legem Creatoris haberet; utque sciret se quidem in terra regnare, sed tamen Factorem suum vicissim sibi dominari, praesse et subjici, imperare et imperari, ducere et duci. Sed et alioquin congrua est rationalibus legislatio: est enim brutorum proprium sine lege vivere. Mandatum autem circa escam Creator illi imposuit, quia alius cujusvis legis tunc fuisset inutilis latio. Quid enim ei vetandum erat? Num ne occideret? Atqui nemo erat, in quem caedes caderet. Num ne moecharetur? Atqui ne si vellet quidem id poterat, cum alia femina non esset. Num ne furaretur? At cujus bona? Cuncta enim in ejus potestate erant. Erat igitur ille mundus temporis suo conveniens, neque tantummodo illis qui duo soli erant, verum etiam pueris recenter natis idoneus.

VI. De Adami exilio.

Sed postquam invidia diaboli, et mulieris simplicitate errorem commisit (namque hanc utpote debiliorem fallens, primo per ipsam, ceu persuadendo aptiorem, Adamum nostrae salutis hostis circumvenit), pulsus illico paradiso fuit, et ad connaturalem suam terram dimissus est, sudori, labori, ærumnaeque deditus, ac veluti freno quodam, agriculturae labore, aliorumque vitae malorum perpessione constrictus. Quia enim illam labore omni ac dolore liberam vitam non cum grato animo tulerat, calamitate deinceps implicitus fuit, ut contractum prosperitate morbum, laboribus depelleret. Tum etiam morte peccati cursum legislator interrupit, et poenam ipsam instar clementiae intulit. Cum enim transgressioni mortem decrevisset legislator, facilius vero transgressor homo in eam poenam incurrisset, operam ille dedit ut poena in salutem vergeret. Namque hoc animal mors dissolvit, malitiae actionem sistit, laboribus subtrahit, sudoribus liberat, doloribus curisque eripit, finem corporis **809m.** imponit passionibus. Tanta nimirum clementia poenam temperavit iudex!

VII. Quam ingrati homines fuerint, et quam providus Deus, narratur.

Sed nihil inde genus hominum ingratum perce-

A διαπλάσεως, ἀλλὰ μίαν τῶν πλευρῶν ἐκείνου λαβὼν, καὶ ταύτῃ καθάπερ τινὶ κρηπίδι καὶ θεμελίῳ χρησάμενος, τὴν γυναικίαν φύσιν ποιεῖ· οὐχ ὕλης ἀπορίᾳ· μόνη γὰρ αὐτῷ βουλή πρὸς τὴν ὅλων δημιουργίαν ἤρκεσεν· ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τῆς ὁμόνοιας θελήσας ἐνθεῖναι τὸν σύνδεσμον. Φυτεύει καὶ παράδεισον, καὶ φυτοῖς αὐτὸν κατακοσμεῖ παντοίοις, καὶ τοῦτον ἐνδιαίτημα τῷ ἀνθρώπῳ χαρίζεται, δεδοκὼς αὐτῷ γυμνάσιον ἀρετῆς, ἐντολὴν οὐκ ἐπίπονον, οὐδὲ γέμουσαν ἰδρώτος, ἀλλὰ μάλα σωφρονουῦντι βραδύαν.

Ε'. Διὰ τί νόμον αὐτῷ τέθεικεν.

B Πάντων γὰρ τῶν φυτῶν τοῦ παραδείσου κελεύσας ἀπολαύειν, ἐνὸς ἀπηγόρευσε τὴν μετάληψιν· οὐχ ἀπλῶς οὐδὲ τοῦτο πεποιηκώς, ἀλλ' ἵνα τὸν πεποιηκῶτα γνωρίζῃ, καὶ ὥσπερ τινὰ ζυγὸν ἔχῃ τὸν νόμον τοῦ δημιουργήσαντος, ἵνα γινώσκῃ ὡς βασιλεύει μὲν τῶν ἐν τῇ γῇ, βασιλεύεται δὲ ὑπὸ πλάσαντος, ἀρχεῖ καὶ ἀρχεται, δεσπόζει καὶ δεσπόζεται, ἡγεῖται καὶ ἄγεται. Ἄλλως δὲ καὶ πρόσφορος ἡ νομοθεσία τοῖς λογικοῖς· ἀλόγων γὰρ ἴδιον τὸ νόμων χωρὶς πολιτεύεσθαι· τὸν δὲ περὶ βρώσεως νόμον τέθεικεν αὐτῷ ὁ Ποιητής, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων νόμων ἡ θέσις περιττὴ τηνικαῦτα ἦν. Τί γὰρ αὐτῷ καὶ ἀπαγορεύειν ἐχρῆν; Μὴ φονεῦσαι; Ἄλλ' οὐκ ἦν ὁ τοῦτο πεισόμενος. Ἀλλὰ μὴ μοιχεῦσαι; Ἄλλ' οὐδὲ βουληθεὶς οἶός τε ἦν, γυναικὸς ἄλλης οὐκ οὔσης. Ἀλλὰ μὴ κλέψαι; Τὰ τί-νος; Αὐτοῦ γὰρ ἦν ἅπαντα. Ἀρμόδιος τοίνυν ὁ κόσμος ἐκείνος ἦν τῷ τότε καιρῷ, καὶ οὐ μόνον τοῖς μόνοις οὔσιν, ἀλλὰ καὶ παιδίοις ἀρτιγενέσιν συμβαίνων.

Σ'. Περὶ τῆς ἐξορίας τοῦ Ἀδάμ.

D Ἐπειδὴ δὲ φθόνῳ διαδόλου, καὶ γυναικὸς εὐκολίᾳ τὴν ἀπάτην ἐδέξατο (ταύτην γὰρ ὡς ἀπαιωτέραν φενακίσας, πρότερον δὲ αὐτῆς, ὡς πιθανωτέρας, τὸν Ἀδὰμ ὁ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀλάστωρ ἐπολιόρχησεν), ἐξεβλήθη μὲν εὐθὺς τοῦ παραδείσου, καὶ πρὸς τὴν συγγενῇ γῇ παρεπέμφθη, ἰδρῶτι καὶ πόνῳ καὶ ταλαιπωρίᾳ συγκληρωθεὶς, καὶ οἶόν τινα χαλινῷ τῇ γηπονίᾳ καὶ κακοπαθείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις τοῦ βίου πονηρίαις παραδοθείς. Ὡς γὰρ τὴν ἄπονον ἐκείνην καὶ ἄλυπον οὐκ ἐνεγκὼν εὐγνωμόνως ζῶην, τῇ δυσημερίᾳ συζεύγνυται, ἵνα τὴν ἀπὸ τῆς εὐημερίας φερομένην νόσον διὰ τῶν πόνων ἀποσκευάσῃται. Δι-κόπτει δὲ καὶ θανάτῳ τὸν δρόμον τῆς ἀμαρτίας ὁ νομοθέτης, καὶ αὐτὴν δείκνυσι τὴν τιμωρίαν φι-ανθρωπίαν. Ἐπειδὴ γὰρ τῇ παραβάσει νομοθετῶν συνέζευξε θάνατον, παραβάς δὲ ὑπὸ τὴν τιμωρίαν ἐκείνην ἐγένετο, οἰκονομεῖ τὴν τιμωρίαν σωτηρίαν γενέσθαι. Διαλύει γὰρ τοῦτο τὸ ζῶον ὁ θάνατος, καὶ παύει μὲν τὴν τῆς πονηρίας ἐνέργειαν, ἀπαλλάττει δὲ πόνων, καὶ ἰδρώτων ἐλευθεροῖ, λύπας καὶ φροντίδας ἐλαύνει, τέλος τοῖς τοῦ σώματος δίδωσι πάθει. Τοσαύτῃ φιανθρωπίᾳ τὴν τιμωρίαν ἐκέρασεν ὁ κριτής!

Ζ'. Διήγησις τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀχυριστίας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας.

Ἄλλ' οὐδὲν ἐντεῦθεν τὸ ἀχάριστον γένος τῶν ἀν-

θρώπων ἀπώνατο· μείζοσι δὲ ἀγνωμοσύναις τὸν εὐ-
εργέτην ἡμεΐψατο. Εὐθύς γὰρ ἀδελφοκτονία τολμᾷ-
ται, καὶ φθόνος, καὶ ψεῦδος, ἀκολασίαι τε καὶ
ἀσέλγειαι, ἀδικίαι, καὶ ἀλληλοφονίαι, καὶ τῶν
ἀλλοτρίων ἀρπαγαί, καὶ τᾶλλα ὅσα ἐβλάστησεν ἡ
ἀμαρτία κακὰ. Ἄλλ' οὐδὲ οὕτως ὁ Ποιητὴς ἦν διέ-
πλασεν ἀπηγόρευσεν φύσιν· σοφῶς δὲ αὐτὸ καὶ δια-
φόρως ἐτέλεσεν, ἱατρούων, ἐπιτιμῶν, ἐγκαλῶν, εἰς-
ηγούμενος τὸ δέον, συμβουλεύων, ἀπειλῶν, ἐπάγων
τὴν ἀπειλήν, κολάζων τοὺς πονηροὺς, στεφανῶν τοὺς
ἀγαθοὺς, καὶ τὸν μὲν ἀνακηρύττων, τὸν δὲ μετα-
τιθεὶς, τὸν δὲ ξύλῳ μετὰ τοῦ γένους διασώζων, καὶ
σπινθήρα τῇ φύσει διατηρῶν, ἐπικλύζων τὴν γῆν,
διαφθείρων ὕδατι τοὺς ἐργάτας τῆς πονηρίας, αὖξων
αὖθις τὸ ἀνθρώπινον γένος, μερικαῖς τιμωρίαις κοι-
νὰς ἱατρείας ποιούμενος, πόλεις ἀσεβείαις συζώσας
πυρὶ καταφλέγων οὐρανίῳ, τὸν σὺν αὐτοῖς μὲν οἰ-
κοῦντα, τῆς δ' ἀσεβείας οὐ κοινωνοῦντα, τῆς τιμω-
ρίας ἐλευθερῶν, εὐετηρίαις δωρούμενος, ἐν καιρῷ
ὕετον χαριζόμενος, αὖξων ἀρρήτως τὰ παρὰ τῶν
ἀνθρώπων καταβαλλόμενα σπέρματα, καρπῶν ἀφθο-
νίας βρύειν τὰ δένδρα κελεύων, λιμῷ παιδεύων
τοὺς οὐδὲν ἐκ τῆς εὐθηνίας ὠφελθέντας, νόσους
ἐπάγων, καὶ πάλιν ταύτας ἐλαύνων, χαλασφενδονῶν
τὰς τῆς ζωῆς ἀφορμὰς, νέφεσιν ἀκρίδος τὸν ἥλιον
κρύπτων καὶ τοὺς καρποὺς διαφθείρων· νεύων αὖθις,
καὶ τὰ λυπηρὰ μεταβάλλων, τοὺς τὴν εὐσέβειαν
ἀγαπήσαντας οὐκ ἔων, καὶ τοῦτοις φαινόμενος, καὶ
φιλικῶς διαλεγόμενος, καὶ διὰ τούτων προσημαίνων
τὰ μέλλοντα.

Η'. Ὅτι φιλανθρωπίας γέμει ἡ τοῦ Θεοῦ ἐναν-
θρώπησις.

Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα, καὶ τᾶλλα τὰ μυρία καὶ
δυσδιήγητα τῆς θείας οἰκονομίας εἶδη ἐλίγους μὲν
εὐηργέτησεν, οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνηκέστως
διέκειντο, τότε δὴ, τότε τὸ μέγα καὶ ἄρρητον γίνεται
τῆς οἰκονομίας μυστήριον· αὐτὸς γὰρ ὁ Λόγος τοῦ
Θεοῦ, ὁ δημιουργὸς ἀπάσης τῆς κτίσεως, ὁ ἀχώρη-
τος, ὁ ἀπερίγραπτος, ὁ ἀναλλοίωτος, ἡ πηγὴ τῆς
ζωῆς, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ ζωσα τοῦ Πατρὸς
εἰκὼν, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ὁ χαρακτήρ τῆς
ὑποστάσεως, τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀναλαμβάνει,
καὶ τὴν οἰκείαν εἰκόνα νεοποιεῖ τῇ ἀμαρτίᾳ δια-
φθαρεῖσαν, καὶ τὸν ἀνδριάντα τὸν ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τῆς
πονηρίας παλαιωθέντα ἀνανεοῖ, καὶ τοῦ πρώτου χα-
ριέστερον δείκνυσιν, οὐκ ἀπὸ γῆς ὡς πάλαι τοῦτον
δημιουργήσας, ἀλλ' αὐτὸς καταδεξάμενος· οὐ τὴν
θεῖαν φύσιν εἰς ἀνθρωπείαν μεταβάλλων, ἀλλὰ τῇ θεῇ
τὴν ἀνθρωπείαν συνάψας· μένων γὰρ ὁ ἦν, ἔλαθεν
ὁ οὐκ ἦν· καὶ τοῦτο ἡμᾶς διδάσκει ὁ μακάριος
Παῦλος βοῶν· «Τοῦτο φρονέσθω ἐν ὑμῖν, ὁ καὶ ἐν
Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ
ἀρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν
ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν.» Ἐξ ὧν εὐδηλον,
ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ μορφή, μένουσα ὁ ἦν, ἔλαθε τὴν
δούλου μορφὴν· μορφὴν δὲ καλεῖ οὐ τὸ φαινόμενον
μόνον τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἀνθρώπου

A pit utilitatis : imo et peioribus maleficiis benefacto-
rem remuneratus est. Statim enim fraternæ cædis
facinus, invidia, mendacium, intemperantia, luxu-
riæ, injuriæ, mutuæ occisiones, alienæ rei rapinæ,
et alia hujusmodi quæ peccatum peperit mala. Sed
ne sic quidem quam formaverat abjecit Deus natu-
ram : sed varia sapientia ad eum finem usus est,
medens scilicet, increpans, incusans, ad officium
erudiens, consilia suggerens, comminans, minas
ipsas in rem conferens, malos puniens, bonos mu-
nerans, et alium quidem laude ornans, alium de
mundo transferens, alium arca lignea cum genere
salvans, et naturæ scintillam conservans ; terram
diluvio obruens, et nequitie operadores aquis præ-
focans ; multiplicans rursus humanum genus, sin-
B gularibus poenis generales medelas faciens, civita-
tes sceleribus deditas igne exurens cœlesti ; virum
illarum quidem incolam, sed scelerum minime par-
ticipem, poenæ eripiens : annuos proventus suppe-
ditans, imbrem opportune largiens, augens arcano
modo jacta ab hominibus semina, fructuum ubertate
arbores luxuriare jubens, fame aliquando erudiens
illos quos abundantia non juverat, morbos immit-
tens, atque hos rursus depellens ; grandine verbe-
rans vitæ subsidia ; locustarum nimbis solem ob-
securans, frugesque corrumpens ; favens iterum, et
molestias avertens, religiosos homines non dese-
rens, his etiam apparens, amice colloquens, per-
que hos futura portendens.

C VIII. Quod summam demonstrat clementiam incur-
natio Dei.

Postquam vero tum hæc tum alia innumera vix-
que effabilia divinæ providentiæ **810** m. genera,
paucis oppido profuerunt, reliqui autem homines
insanabiles permanebant, tunc demum magnum at-
que ineffabile peractum fuit incarnationis myste-
rium. Ipsum enim Dei Verbum, rei universæ crea-
tæ auctor, immensus ille, incircumscriptus, im-
mutabilis, vitæ fons, lumen de lumine, viva Patris
imago, splendor gloriæ, figura substantiæ², huma-
nam naturam assumpsit, propriamque imaginem
peccato corruptam instauravit, statuam a filio ini-
D quitatis antiquatam renovavit, et priore pulchrio-
rem ostendit, haud jam ex terra, ut olim, eam for-
mans, sed ipsemet in se recipiens : haud sane di-
vinam naturam in humanam convertens, sed divi-
næ humanam copulans. Manens enim quod erat, id
quod non erat suscepit. Quam rem nos docet bea-
tus Paulus clamans : « Hoc sentite in vobis quod et
in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non
rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed
semetipsum exinanivit, formam servi accipiens³. »
Unde patet, Dei formam in eo quod erat manentem,
servi formam sumpsisse. Formam autem appellat
non id tantummodo hominis quod apparet, sed totam
prorsus hominis naturam. Nam sicuti Dei forma,

² Hebr. i, 3. ³ Philipp. ii, 5-7.

substantiam Dei significat (de cætero enim sine specie Deus est et sine figura, nemoque nisi forte delirans, diceret Deum formam habere et membrorum distinctionem, cum sit incorporeus ac simplex): ita servi forma non hoc quod cernitur solum, sed totam hominis demonstrat naturam.

IX. *Reprehensio hæreticæ pravitatis.*

Nonnulli rectæ religioni contraria sentientes, dum apostolicis dictis nituntur veritatis dogmata vulnerare, Arius quidem et Eunomius inanimem hominem a Deo Verbo assumptum affirmant: Apollinaris autem animatum quidem, sed mente expertem, **811m.** qui de humana anima quid æstimet nescio. Marcion vero ac Manes, et reliqua illa impietatis factio, universum incarnationis pessumdant mysterium. Hi ineffabilem sanctæ Virginis conceptum graviditatemque, fabulam ac simulamentum arbitrantur: corporis autem specie phantastica velatam divinitatem dictitant, atque hoc modo hominibus hominem apparuisse. Necesse est igitur apostolicorum verborum perspicuum sensum sistere orthodoxis, nempe « qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. » Verba hæc prædictorum unusquisque hæreticorum ad suum sensum trahens, detestandorum dogmatum fabricat falsitatem. Arius quidem, et Eunomius, atque Apollinaris, et horum similes, servi forma et habitu et similitudine hominis, externam naturæ nostræ speciem denotari prædicant: qui autem detestabilioris adhuc agminis sunt, habitum et similitudinem ad umbram quamdam et imaginem, ac phantasiam corpori similem, sententia sua trahunt.

X. *Interpretatio verborum, « qui cum in forma Dei esset ».*

Nos itaque utriusque factionis vesaniam confestim refutabimus. Nam formam servi, substantiam, ut jam demonstravimus, servi appellat. Nam si Dei forma substantiam Dei significat, patet servi quoque formam, servi substantiam significare. Verba autem, « in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo, » non tanquam naturæ vocabula Apostolus posuit, sed operationis. Nam quia Christus Dominus, nostram habens naturam, haud tamen nostram in se recepit malitiam, sed omni peccato caruit, ut propheta clamat *, nempe « qui iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus; » nec non deserti incolæ Joannes contestatur dicens: « Ecce agnus qui **812m.** mundi peccatum tollit: » idcirco beatus Paulus, in similitudinem hominis factum ipsum necessario dixit, et habitu inventum

φύσιν· ὥσπερ γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ μορφή, τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν σημαίνει, ἀνείδειον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ οὐδεὶς ἂν εἴπη μὴ παραπαίων, μορφήν ἔχειν, καὶ μελῶν διαίρεσιν, τὸν ἀσώματον καὶ ἀσύνθετον, οὕτως ἡ τοῦ δούλου μορφή, οὐ τὸ ὁρώμενον τοῦτο μόνον, ἀλλὰ πᾶσαν τοῦ ἀνθρώπου δηλοῖ τὴν οὐσίαν.

Θ. *Ἐλεγχος τῆς τῶν αἰρετικῶν ἀσεβείας.*

Γινέσθαι δὲ τῶν τάναντία φρονοῦντων τῆς εὐσεβείας, ἐπειδὴ τοῖς ἀποστολικοῖς ῥητοῖς πειρῶνται κατατοξεύειν ἀληθείας τὰ δόγματα, Ἄρειος μὲν καὶ Εὐνόμιος ἀψυχὸν ἄνθρωπον ἀνελήφθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου διαθεδαίμενοι (1), Ἀπολινάριος δὲ ἐμψυχον, νοῦ δὲ ἐστερημένον, οὐκ οἶδ' ὅ τι νοῶν τὴν ἀνθρωπείαν ψυχὴν· Μαρκίων δὲ καὶ Μάνης, καὶ ἡ λοιπὴ τῆς ἀσεβείας ἐκείνη συμμορία, τὸ τῆς οἰκονομίας ἅπαν ὁμοῦ ἀρνεῖται μυστήριον. Καὶ τὴν μὲν ἀρρήτον τῆς ἁγίας Παρθένου σύλληψιν τε καὶ κύτησιν, μῦθον εἶναι καὶ πλάσμα νομίζουσι· φαντασίαν δὲ σώματος τὴν θεότητα συγκαλυφθῆναι διαγορεύουσι, καὶ τοῦτω τῷ τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις ἄνθρωπον ἀναφανῆναι. Ἀναγκαῖον τῶν ἀποστολικῶν ῥητῶν σαφῆ τῆς διανοίας παραστῆσαι τοῖς εὐσεβέσιν, « ὅς ἐν μορφῇ Θεοῦ, ὦν ὢν, ὑπάρχων, οὐχ ἀρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἐαυτὸν ἐκένωσε, μορφήν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὐρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. » Ταῦτα τῶν προειρημένων αἰρετικῶν ἕκαστος οἰκειούμενος, τῶν βδελυρῶν δογμάτων κατασκευάζει τὸ ψεῦδος. Ἄρειος μὲν καὶ Εὐνόμιος καὶ Ἀπολινάριος καὶ οἱ κατὰ τούτους, τὴν τοῦ δούλου μορφήν καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὁμοίωμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ φαινόμενον τῆς ἡμετέρας φύσεως σημαίνειν διαγορεύοντες· οἱ δὲ τῆς μυσσαρωτέρας φάλαγγος, τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὁμοίωμα εἰς σκιάν τινα καὶ εἰκόνα καὶ φαντασίαν σώματι ἑοικυῖαν λαμβάνοντες.

Ι. *Ἑρμηνεία τοῦ, « ὅς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων. »*

Φρενοβλάβειαν δὲ τὴν ἀμφοτέρων παραυτίκα ἡμεῖς διελέγξαμεν· μορφήν γὰρ δούλου τὴν οὐσίαν, ὡς ἀπεδείξαμεν, προσαγορεύει τοῦ δούλου· εἰ γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ μορφή τὴν οὐσίαν δηλοῖ τοῦ Θεοῦ, εὐδὴλον ὡς καὶ ἡ τοῦ δούλου τῆς οὐσίας ἐστὶ τοῦ δούλου σημαντικὴ· τὸ δὲ, « ἐν ὁμοιώματι τοῦ ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι εὐρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, » οὐχ ὡς τῆς φύσεως ὀνόματα τέθεικεν ὁ Ἀπόστολος, ἀλλὰ τῆς ἐνεργείας· ἐπειδὴ γὰρ ὁ Δεσπότης Χριστὸς τὴν ἡμετέραν ἔχων φύσιν, τὴν ἡμετέραν οὐ κατεδέεχτο πονηρίαν, ἀλλ' ἀπάσης ἐλεύθερος, ὡς ὁ προφήτης βοᾷ, ὅτι « ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὐρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. » καὶ ὁ τῆς ἐρήμου πολίτης Ἰωάννης συμμαρτυρεῖ λέγων: « Ἴδε ὁ ἀμνὸς ὁ αἵρων τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν. » ὁ μακάριος Παῦλος ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου αὐτὸν ἀναγκάτως ἔφη

* Philipp. II, 6. * Isa. LIII, 9. * Joan. I, 29.

(1) Sic plane in tertio decimo ex Arianorum fragmentis, quæ nos edidimus *Script. rel. t. III*, part. II, p. 228, ubi videsis in adnot. alia testimonia.

γενέσθαι, καὶ σχήματι εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον, τῆς A
 πονηρᾶς ἐνεργείας τῶν ἀνθρώπων ἀπηλλαγμένον.
 Διὸ καὶ ἐτέρωθι ἔλεγε· « Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νό-
 μου ἐν ᾧ ἡσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ
 Υἱὸν πέμψας, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ
 περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν σαρκί,
 ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ
 κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα (1). »

Ὅρατε πῶς διὰ τούτων ἐκείνων λύει τὴν ἀσά-
 φειαν. « Ὁ Θεός, φησὶ, τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν
 ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας » οὐχ ἀπλῶς εἶπεν, ἐν
 ὁμοιώματι σαρκὸς, διαλύων τῶν ἀσεβῶν δογμάτων
 τὴν βλασφημίαν· προγινώσκει γὰρ ἅπαντα ἡ χάρις
 τοῦ Πνεύματος· ἀλλ', « ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, »
 ἵνα μάθωμεν ὡς τὸ « ὁμοίωμα, » διὰ τὸ πάσης ἁμαρ-
 τίας ἀπηλλάχθαι τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα, τέθεικεν· B
 ἄνθρωπος γὰρ γενόμενος τὴν φύσιν (2), κατὰ τὴν
 ἁμαρτίαν γέγονεν ἄνθρωπος· διὸ ἐν ὁμοιώματι σαρ-
 κὸς ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί·
 ἀνθρωπεῖαν μὲν φύσιν ἀναλαβὼν, τῆς δὲ τυραννού-
 σης ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἁμαρτίας τὸν ζυγὸν μὴ δεξά-
 μενος, ἀλλὰ πᾶσαν ταύτης ἀπορρίψας τὴν δεσπο-
 τεῖαν, καὶ δείξας, ὡς δυνατόν ἐν ἀνθρωπείᾳ φύσει
 τῶν τῆς ἁμαρτίας περιγενέσθαι βελῶν· οὕτως κατέ-
 κρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, τὸ ἀσθενὲς αὐτῆς
 ἐλέγξας, καὶ τὴν τυραννίδα παύσας, καὶ νικᾶν οὕτω
 τοὺς ἀνθρώπους διδάξας· διὸ ἐπήγαγεν ὁ μακάριος
 Παῦλος, « ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν
 τοῖς μὴ κατὰ σάρκα τοῦ νόμου περιπατοῦσιν, ἀλλὰ
 κατὰ πνεῦμα. Οὐκοῦν ἐδικαιώθημεν, τῆς ἁμαρτίας C
 ἐν σαρκί κατακριθείσης· κατέκρινε δὲ ἐν σαρκί τὴν
 ἁμαρτίαν, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας γενόμενος
 ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος· τὴν μὲν ἀνθρωπεῖαν φύσιν
 ἀναλαβὼν, τὴν δὲ πάλαι ταύτης δεσπόζουσαν μὴ κα-
 τὰδεξάμενος ἁμαρτίαν. Οὕτως ὁ θεσπέσιος Παῦλος
 ἐν ὀλίγοις ῥήμασιν ἅπαν τῶν αἰρετικῶν τὸ στίφος
 διέλυσεν, Ἀρείου μὲν καὶ Εὐνομίου τὴν μανίαν
 ἐλέγξας, ἐν τῇ τῶν προειρημένων ῥημάτων ἀρχῇ·
 « Τοῦτο γὰρ φρονεῖσθω ἐν ὑμῖν, ὁ καὶ ἐν Χριστῷ
 Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἄρπαγμόν
 ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορ-
 φὴν δούλου λαβὼν. » Οὐ γὰρ εἶπεν, ἐν μορφῇ Θεοῦ
 γενόμενος, ἀλλ', « ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων. » Οὐδὲ
 εἶπεν Οὐχ ἄρπαγμόν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα ἑαυτῷ,
 ἢ ἴσα ἀγγέλοις, ἢ ἴσα τῇ κτίσει, ἀλλ' ἴσα, ἔφη, Θεῷ D
 τῷ Πατρὶ, τῷ γεννήσαντι, ἀνάρχῳ, τῷ ἀγεννήτῳ, τῷ
 ἀπεράντῳ, τῷ τῶν ὅλων Δεσπότῃ.

Ἀρείος μὲν οὖν καὶ Εὐνόμιος (3) ἰσχυρὸν ἐντεῦθεν
 ἐδέξαντο τῆς οικείας ἀσεθείας τὸν ἔλεγχον, καὶ Σα-
 βέλλιος δὲ καὶ Μάρκελλος καὶ Φωτεινός, οἱ τὰς τρεῖς
 ὑποστάσεις ἀρνούμενοι, καὶ τὰς τῆς θεότητος συγ-
 χέοντες ιδιότητας, ἐντεῦθεν βλασφημοῦντες ἐλέγχον-
 ται· ἕτερος γὰρ κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὁ ἐν μορφῇ
 Θεοῦ ὑπάρχων, καὶ ἕτερος ἐκεῖνος οὗ ἐν μορφῇ ὑπάρ-

A ut hominem, prava omni hominum operatione
 alienum. Propterea alibi quoque aiebat : « Nam quod
 impossibile erat legi, in quo per carnem infirmabatur,
 Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis
 peccati, et pro peccato, damnavit in carne pecca-
 tum ; ut justificatio legis impleretur in nobis, qui
 non secundum carnem ambulamus, sed secundum
 spiritum ? »

Animadvertite quomodo per hæc illorum solvit
 obscuritatem. « Deus, inquit, Filium suum mittens
 in similitudinem carnis peccati : » non simpliciter
 dixit, in similitudinem carnis, nempe ut impiorum
 dogmatum blasphemiam dissiparet ; etenim omnia
 prævidet gratia Spiritus ; sed, « in similitudinem car-
 nis peccati, » ut intelligamus, vocabulum « simili-
 tudo » ab eo positum, quia peccato omni Servator
 noster caruit. Homo enim natura factus, secundum
 peccatum factus est homo. Ideo in similitudine
 carnis peccati damnavit in carne peccatum : huma-
 nam quidem naturam assumens, attamen tyranni
 hominum peccati jugum non subiens, sed hujus
 omnem dominatum respuens, demonstransque fieri
 posse ut in humana natura peccati tela vitemus.
 Sic damnavit in carne peccatum, debilitatem ejus-
 dem coarguens, tyrannidem cohibens, atque ita ad
 victoriam homines erudiens. Ideo addidit beatus
 Paulus : Ut justificatio legis impleretur in nobis, qui
 non secundum carnem ambulamus, sed secundum
 spiritum. Ergo fuimus justificati, peccato in carne
 damnato. Damnavit autem in carne peccatum, cum
 in similitudinem carnis peccati Servator noster
 factus est ; humanam quidem naturam assumens,
 minime tamen dominans ei peccatum admittens.
 Sic divus Paulus verbis paucis universum hæreti-
 corum agmen profligavit, **813 m.** Arii utique et
 Eunomii insaniam refutans prædictorum verborum
 initio : « Hoc enim sentite in vobis quo I et in Chri-
 sto Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam
 arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum
 exinanivit, formam servi accipiens. » Non enim
 dixit, in forma Dei factus, sed, « cum in forma Dei
 esset. » Neque item dixit : Non rapinam arbitratus
 est esse se æqualem sibimet aut angelis, aut æqualem
 creaturæ, sed æqualem dixit Deo Patri qui se
 genuerat, Patri, inquam, absque principio, ingenito,
 infinito, rerum omnium Domino.

Arius igitur atque Eunomius validam hinc per-
 tulerunt impietatis suæ redargutionem : insuperque
 Sabellius et Marcellus atque Photinus, qui negant
 tres hypostases, et deitatis confundunt proprietates,
 hinc blasphemi coarguuntur. Alius est enim secun-
 dum hypostasim ille qui in forma Dei erat, et alius
 ille cujus in forma erat : et alius rursus qui rapi-

¹ Rom. viii, 3, 4.

(1) Legesis Cyrillum in commentariis suis ad hunc
 Pauli locum apud nos.

(2) Haud scio an hic interponenda sit negativa

particula οὐ, non.

(3) In hoc et sequente opusculo nullum hæreti-
 cum recentiorum Eunomio nominat Cyrillus.

nam non arbitrabatur esse se æqualem Deo, et alius ille cui est æqualis, sed non sibi æqualitatem cum illo rapuit. Præterea ille etiam falsi nominis Paulus, qui Servatoris ante sæcula generationem negavit, Judaicam sententiam fovens, et de Virgine tantummodo natum confessus est, ex his ipsis verbis dignam impietate sua capit ignominiam. Docetur enim hinc a divo Paulo et Dei Verbum quod suscepit, et humanam susceptam naturam, et præexistentem Dei formam, et in fine sæculorum assumptam ab eadem servi formam. Docetur pariter Apollinaris cum Ario atque Eunomio, quod nequaquam Deus Verbum, quod est immutabile, in carnem fuerit immutatum, sed quod nostra substantia assumpta, salutem nostram sit operatum. Porro superius dictis demonstravimus, formam servi appellatam esse hominis naturam. Nam si forma Dei est substantia Dei (caret enim revera forma **814** *m.* et quavis specie Deus, qui est simplex, incompositus, et omni figura destitutus), sequitur ut servi forma, æque servi substantia intelligatur. Servi autem substantia, id est hominis, non est corpus hoc tantummodo quod apparet, sed tota hominis natura a prudentibus existimatur. Præterea et illi impietatis antesignani, et blasphemiae adversus rectam fidem primi auctores, qui Christianorum quidem sibi nomina imposuerunt, sed idololatricum polytheismi errorem superarunt, Marcion, inquam, et Manes, et cæteri pestilentis illorum cathedræ consecrati et discipuli, ex his ipsis Apostoli verbis suam vesaniam satis cognoscunt. Nam cum ipsi Domini secundum carnem nativitatem et humanitatem non admittant, audiunt præclarissimum Paulum docentem, quod Dei forma servi formam suscepit. Servi autem forma hand phantasia quædam erat, neque umbra, neque aereni simulacrum, neque aliud quidvis huiusmodi appellatur, sed servi natura.

Quod si subsequencia illa verba nobis objiciant, « in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo ; » necnon illa ad Romanos : « in similitudinem carnis peccati ^a : » primo quidem stultitiam ipsorum convincemus. Nam si verba, « in similitudinem hominis, et habitu inventus ut homo, » phantasiam aliquam humanam denotant, servi autem forma, natura hominis est : contradicentia posuit Apostolus. Jam si Apostoli verba minime invicem contradicunt, sane discimus, servi formam, servi esse substantiam. Porro in hominum similitudinem fieri, et habitu ut hominem inveniri, sic intelligemus ; nempe Dominum nostrum Jesum Christum, naturam nostram habentem, non in cunctis nobis fuisse æqualem. Namque et ipse natus est de muliere, sed alia ac nos ratione ; quippe qui de virginali prodiit vulva. Et homo quidem

A χει· καὶ ἄλλος πάλιν ὁ μὴ ἀρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, παρ' ἐκείνον οὐ ἴσος ὑπάρχει, ἀλλ' οὐχ ἤρπασεν τὴν πρὸς αὐτὸν ἰσότητα. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁ ψευδώνυμος Παῦλος (1), ὁ τὴν μὲν πρὸ αἰώνων γέννησιν τοῦ Σωτῆρος ἀρνούμενος, Ἰουδαϊκῶ δὲ κεχρημένος φρονήματι, καὶ τὴν ἐκ Παρθένου μόνην ὁμολογῶν, ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων λόγων, τὴν ἀξίαν τῆς ἀσεβείας αἰσχύνῃν καρποῦται· διδάσκεται γὰρ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ Παύλου τὸν λαβόντα Θεὸν Λόγον, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν τὴν ληφθεῖσαν, τὴν προϋπάρχουσαν μορφὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ τέλει τῶν αἰώνων προσληφθεῖσαν ἀπ' ἐκείνης δούλου μορφῆν. Διδάσκεται δὲ πάλιν Ἀπολινάριος σὺν Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ, ὡς οὐχ ὁ Θεὸς Λόγος ὁ ἀτρέπτος, εἰς σαρκὸς φύσιν ἐτρέπη, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν ἀναλαβὼν οὐσίαν, τὴν ἡμετέραν ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν. Ἀπεδείξαμεν δὲ, δι' ὧν εἰρήκαμεν, μορφὴν δούλου τὴν τοῦ ἀνθρώπου προσαγορευομένην οὐσίαν· εἰ γὰρ ἡ μορφή τοῦ Θεοῦ, οὐσία τοῦ Θεοῦ· ἀμόρφωτον γὰρ καὶ ἀνείδεον τὸ Θεῖον· ἀπλοῦν δὲ καὶ ἀσύνθετον καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἡ τοῦ δούλου μορφή δηλονότι οὐσία δούλου εἰκότως ἂν νοηθεῖ· οὐσία δὲ δούλου, τουτέστιν ἀνθρώπου, οὐ τὸ φαινόμενον σῶμα μόνον, ἀλλὰ πᾶσα τοῦ ἀνθρώπου ἡ φύσις παρὰ τοῖς σωφρονοῦσιν νενόμισται. Πρὸς δὲ τούτοις οἱ πρωτοστάται τῆς ἀσεβείας, καὶ πρῶτοι τὴν βλασφημίαν κατὰ τῆς εὐσεβείας βλαστήσαντες, καὶ Χριστιανῶν μὲν ὄνομα ἑαυτοῖς ἐπιθέντες, πᾶσαν δὲ τὴν πολύθεον τῶν εἰδώλων πλάνην ὑπερακοντίσαντες, Μαρκίων, φημί, καὶ Μάνης, καὶ οἱ τῆς λοιμικῆς αὐτῶν καθέδρας μύσται καὶ γείτονες, δι' αὐτῶν τούτων τῶν ῥημάτων τὴν οἰκείαν παραπληξίαν μαυθάνουσι· τὴν κατὰ σάρκα γὰρ τοῦ Κυρίου γέννησιν τε καὶ ἐνανθρώπησιν οὐ δεχόμενοι, ἀκούουσι τοῦ θειοτάτου Παύλου διδάσκοντος, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ μορφή ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν· ἡ δὲ τοῦ δούλου μορφή οὐ φαντασία τις ἦν, οὐδὲ σκιά, οὐδὲ ἀέριον ἵνδαλμα, οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων προσαγορεύεται, ἀλλ' ἡ τοῦ δούλου φύσις.

Εἰ δὲ τὰ ἐπαγόμενα ἡμῖν προβάλλοιντο, « ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, » καὶ τὸ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους, « ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, » πρῶτον αὐτῶν τὴν ἄνοιαν διελέγξωμεν· εἰ γὰρ τὸ, « ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, » φαντασίαν τινὰ ἀνθρωπείαν δηλοῖ, ἡ δὲ μορφή τοῦ δούλου, φύσις ἀνθρώπου· ἐναντία τίθησιν ὁ Ἀπόστολος· εἰ δὲ οὐκ ἐναντία τοῦ Ἀποστόλου τὰ ῥήματα, μάθωμεν ὡς ἡ τοῦ δούλου μορφή, οὐσία δούλου τυγχάνει. Τὸ δὲ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων (2) γενέσθαι, καὶ σχήματι εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον, οὕτως νοήσομεν, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἡμετέραν ἔχων φύσιν, οὐ κατὰ πάντα ἴσος ἡμῖν ἐτύγχανεν· ἐγεννήθη μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς καὶ αὐτὸς, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἡμῖν· ἐκ παρθενικῆς γὰρ ἐβλάστησε μήτρας· καὶ τέλειος μὲν ἄνθρωπος ἦν ὡς ἡμεῖς· εἶχε δὲ

^a Rom. viii, 3.

(1) Intelligit Paulum Samosatensem.

(2) ita hic cod. ut in edit.

πλέον ἡμῖν τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν ἐνοίκησιν τε καὶ ἔνωσιν· καὶ σάρκα μὲν εἶχεν ἐμφυχόν τε καὶ λογικὴν ὡς ἡμεῖς, τῶν δὲ τῆς ἀμαρτίας οὐκ ἠνέσχετο κινήματων ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ' ἐν σώματι ὑφ' ἀμαρτίας πολεμουμένῳ, τὴν τῆς ἀμαρτίας τυραννίδα κατέλυσε· διὰ τοῦτο ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὄνομα τῆς ταπεινώσεως δηλοῖ τὴν τῆς ταπεινῆς ἀνάληψιν φύσεως. Ἄλλως τε περὶ τοῦ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντος διαλεγόμενος, ἐπήγαγεν· « Ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, » διδάσκων ὅτι ὁ ἀσώματος Θεοῦ Λόγος ὡς ἄνθρωπος ὤφθη, φύσιν ἀνθρωπίαν ἀναλαβὼν· διὸ καὶ τὸ « ὡς ἄνθρωπος » τέθεικεν, ἵνα μὴ τροπὴν τινα γεγενῆσθαι νομίσωμεν τοῦ ἀοράτου Θεοῦ, ἀλλὰ πιστεύσωμεν ὅτι σάρκα λαβὼν ἐμφυχόν τε καὶ λογικὴν, Θεὸς ὢν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου ἐγένετο, καὶ σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος· οὕτως ὁ μέγας τῆς εὐσεβείας προαγωνιστῆς, ὁ μακάριος λέγω Παῦλος, τὰ ποικίλα καὶ διάφορα τῶν αἰρετικῶν κατέλυσε στόματα. Ἄλλ' ἐνταῦθα μὲν ἡμᾶς ὁ Λόγος παρήνεγκε, τὴν τῶν αἰρετικῶν ἐλέγχων ἐμβροντησίαν, καὶ δῆλα ποιῶν τοῖς τροφίμοις τῆς εὐσεβείας τῆς ἀληθείας τὰ δόγματα. Ἀναχωρεῖν οὖν, ὅθεν ἐξέβην, καιρός.

ΙΑ'. Τίτος χάριν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὁ Θεὸς ἀνέλαβε Λόγος.

Τοίνυν τὴν ἡμετέραν φύσιν ὁ Ποιητὴς οἰκτείρας ὑπὸ τοῦ Πονηροῦ πολεμουμένην, καὶ τοῖς πικροῖς τῆς ἀμαρτίας βέλεσι βαλλομένην, καὶ τῷ θανάτῳ παραπεμπομένην, ἐπαμύνει τῇ εἰκόνι, καὶ τοὺς πολεμοῦντας καταγωνίζεται, οὐ γυνῆ τῇ δυνάμει χρησάμενος τῇ θεότητι, οὐδὲ τῇ ἐξουσίᾳ τῆς βασιλείας καταπλήξας τοὺς ἀντιπάλους, οὐκ ἀγγέλους στρατεύσας, οὐδὲ τοὺς ἀρχαγγέλους εἰς συμμαχίαν λαβὼν, οὐδὲ κεραυνοὺς ἢ πρηστῆρας κατὰ τῶν ἐναντίων ὀπίσας, οὐδὲ μετὰ τῶν χερουθὶμ φανείς ἐπὶ τῆς ἡπείρου καὶ τῶν ἡμετέρων ἀντιδίκων δικαστικῶς καταψηφισάμενος [cod. mendose καταψηφισάμενος], ἀλλ' εἰς τῶν ὑπευθύνων καὶ πολεμουμένων γινόμενος, καὶ κατακρύψας τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς θεότητος τῇ εὐτελείᾳ τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τὸν ὀρώμενον ἄνθρωπον εἰς πάλιν ἀλείψας, καὶ νικήσαντα στεφανώσας· καὶ παιδόθεν μὲν τὴν ἀρετὴν ἐκδιδάξας, καὶ δικαιοσύνης εἰς ἀκρότατον ἀγαθὸν, ἀήττητον δὲ φυλάξας, καὶ τῶν βελῶν τῆς ἀμαρτίας ἐλεύθερον, συγχωρήσας δὲ ὅμως ὑπὸ θάνατον γενέσθαι, ἵνα τῆς ἀμαρτίας τὴν ἀδικίαν ἐλέγξῃ, καὶ τοῦ θανάτου καταλύσῃ τὸ κράτος.

Εἰ γὰρ τῶν ὑπὸ τὴν ἀμαρτίαν γεγεννημένων ὁ θάνατος ἐπιτίμιον, ὁ ταύτης ἀπηλλαγμένος παντάπασι, δηλονότι ζωῆς ἀπολαύειν, ἀλλ' οὐ θανάτου, δίκαιος ἦν· τοίνυν ἡττηθεῖσα ἡ ἀμαρτία, καὶ τὸν νικητὴν κατακρίνασα θανάτῳ, καὶ τὴν αὐτὴν ἐξενεγκοῦσα κατὰ τοῦ νενικηκότος ψῆφον, ἦν αἰεὶ κατὰ τῶν ἡττωμένων ἐξέφερεν, ἀδικοῦσα ἐάλω. Μέχρι μὲν γὰρ τοὺς ὑπηκόους τῷ θανάτῳ παρέπεμπεν, ὡς δίκαια ποιοῦσα

A perfectus erat æque ac nos; sed præter rem nostram, habuit etiam Deum Verbum **815 m.** inhabitans et unitum. Carnem habuit animatam et rationalem uti nos, at peccati commotiones non æque ac nos expertus est; sed in corpore quod peccato solet esse obnoxium, peccati tyrannidem debellavit. Propterea in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo, semet humiliavit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis^{9.10}. Et quidem ipsum humiliationis vocabulum demonstrat humilis naturæ assumptionem. Aliunde etiam, de eo qui in forma Dei erat disserens, addidit: « In similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo; » docens incorporeum Dei Verbum uti hominem apparuisse, humana scilicet assumpta natura. Ideo et dixit « ut homo, » ne mutationem aliquam factam existimemus invisibilis Dei, sed credamus potius, ipsum carne assumpta animata ac rationali, cum Deus esset, in similitudinem hominis factum, et habitu inventum ut hominem. Sic magnus rectæ fidei propugnator, beatus, inquam, Paulus, diversa ac varia hæreticorum ora dissipavit. Sed ulterius jam nos provexit sermo noster, dum hæreticorum vesaniam coarguit, et rectæ fidei alumnis dogmata veritatis pandit. Ergo jam tempus est illuc, unde discessimus, revertendi.

XI. Cujus rei gratia humanam naturam Deus Verbum assumpserit.

Igitur naturam nostram Creator miserans a malo dæmone oppugnatam, et acerbis peccati sagittis vulneratam, mortique addictam, propriam ultus est imaginem, hostesque propulsavit, haud solis deitatis viribus utens, neque majestatis potentia colluctatores profligans, non angelorum aciem instruens, neque archangelos auxiliares assumens, non fulmina aut turbines contra inimicos armans, neque cum cherubinis in terra apparens adversarios pro tribunali condemnans; sed tanquam unus de reis oppugnatique factus, deitatisque magnificentiam vilitate humanitatis celans, **816 m.** visibilem hominem ad pugnam corroboravit, et victorem coronavit: et jam inde a pueris virtutem edocuit, atque ad justitiæ culmen provexit, invictum servans, et peccati telis immunem, - permittens simul ut morti succumberet, quo peccati injustitiam coargueret, et mortis potentiam destrueret.

Nam si eorum qui peccato succubuerunt poena mors est, is qui peccato prorsus fuerat alienus, vita scilicet frui, non mortem pati dignus erat. Porro victum peccatum cum ipsum victorem morti addixisset, eandemque adversus dominatorem suum sententiam tulisset, quam perpetuo contra subditos suos exercebat, injuste agere deprehensum est. Nam quandiu peccatum subditos suos morte mul-

tabat, ceu jure id agens non prohibebatur : sed ubi innocentem et nullius culpæ reum, imo præmiis et summis laudibus dignum, eidem poenæ addixit, necessario posthinc utpote injustum potentia sua depulsum fuit. Atque hoc docens beatus Paulus agebat : « Quod erat impossibile legi, in quo per carnem infirmabatur, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et pro peccato, damnavit in carne peccatum, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum ¹¹. »

